

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

lus in altitudine triginta graduum, etiamnum sexta pars fit horizontalis refractionis, quod vel ipse Tycho damnet, qui hos angulos aliter ab experientia fit dimensus: adeoque aliquas refractiones prope ipsum etiam verticem venturas. Itaque de sua sententia alium tradidit modum, qui vapores causam statuatur refractionibus; certum esse spatium siderum radiis, quod imperturbati per vapores transire possint: itaque si quem in locum superficiei terrenae perueniant breviori per vapores itinere, quam est hoc spatium, refringi minimè. Quà verò à latere transitus, spatium constitutum superet, omninò frangi. Hoc pacto speravit se negotio satisfacisse. Multa pro & contra dicta, disputatio adeò inuoluta est, vt me vix expediam. Qua in sententia post hanc cum Rothmanno dissertationem Tycho manserit, habes in Progym. tomo primo folio nonagesimo secundo. Cæterum, quod inter principia rerum constituendarum fieri solet, vtrique aqua hæsit. Nam si genuinam Refractionum mensuram adhibuissent, neque Tycho ni opus fuisset allegare genuinam refractionum causam, geminata inquam corpora, alterum aeris, alterum vaporum, neque Rothmannus negasset insensibile quippiam refringi lucem, etiam versus verticem. Denique apparuisset, superficiem quæ frangit radios, neque vaporum esse temere oberrantium, neque corporis alicuius sublimis ad Lunæ confinia, sed planè aeris eius, in quo nos homines spiritum eum in modum trahimus, quo pisces trahunt aquam. Statuisset itaque Tycho, non successoriam attenuationem aeris in ætherem, & obliterationem densitatis aeris; sed manifestum & euidens discrimen, quod si quis supra consisteret, non minus ipsi in oculos esset incursum, ac iam superficies, quæ aerem ab aqua separat, in oculos incurrit. Rothmannus contra non imegisset in principia optica, ferri à luce superficiem densioris medii, nec tamen mutuam quicquam pati, nec refringi: quodque non est in singulis partibus, in conduplicatis inesse; & profunditate mediorum refringi radios, non superficiebus: quæ omnia absurda sunt.

*Aer noster
qualis.*